[Vinzenz Staufer]: Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Mellicensis O.S.B. servantur I

Melk, 1889 Seite 156

Quelle:
Copyright:

in fide hominum. Explic.: *Quintus de maleficis et eorum pretionibus.* Opus incip.: (rubr.) *Capitula primi libri etc. Quod formicarii proprietates permultis animalium conditionibus sunt inspiciende.* Explic.: *Talibus sepe opus est longe plus medico corporis quam anime.* In fine: (rubr.) *Explicit formicarius reverendi patris ac fratris magistri Joannis Nyder, sacre theologie professoris, ordinis fratrum predicatorum. Anno domini 1455 proxima feria secunda post festum assumptionis beate virginis Marie.*

2. f. 105—117[b]. Joannis Nyder Tractatus de contractibus mercatorum. (rubr.) Incipit tractatus de contractibus reverendi patris magistri Johannis Nyder, sacre theologie professoris, ordinis fratrum predicatorum. Incip.: *Cum mercator officium tot suspectis contentibus circumvolutum cognoscatur moderno tempore.* Explic.: *Illud sufficit pro presenti de contractibus.* (rubr.) *Explicit tractatus de contractibus mercatorum magistri etc. Anno domini, 1455 proxima feria post festum s. Egidii confessoris.*

3. f. 118[a]—139. Johannis Nyder Tractatus de vigore consuetudinis et dispensatione. Incip.: (rubr.) *Incipit tractatus ect. Peragrando varia loca.* Explic.: *Dispensatio admitti valeat vel non. Et sufficit pro presenti.* (rubr.) *Explicit tractatus de vigore consuetudinis etc. Anno domini 1455. Sabbato proximo ante festum s. Mathei apostoli et evangeliste. Sit laus Deo.*

Fol. 118—138. Sequentia quinque folia non signata scriptura vacant.

4. f. 139—246[a]. Joannis de Tambaco, ordinis predicatorum, Liber de sensibilibus delitiis Paradisi. (rubr.) Incipit perhennum in librum de sensibilibus paradisi editum a fratre Johanne de Tambaco etc. Incip.: *In delitiis paradisi Dei fuisti. Sic Ezechiel.* Explic.: *Que impedivit ascensum eius sursum sedi etc. Deo gratias.* In fine: (rubr.) *Anno domini 1456 finitus est iste liber de sensibilibus delitiis paradisi celestis proxima feria tertia post primam dominicam pasche, in curia Romana per venerabilem patrem fratrem Guilhelmum magistrum s. Palatii examinatus et per fratrem Johannem de Tambaco, ordinis predicatorum, libri compilatorem, sanctissimo Patri Domino Clementi papae VI. presentatus. Anno Christi 1350.*

»Johannes de Tambaco s. Dambach Elsatiae, ordinis praedicatorum, erat primus in studio generali a Carolo IV. Pragae instituto a. 1347, theologiae lector et demum a. 1372 Friburgi Brisgoiae, ut videtur, exstinctus.« *Denis* l. c. vol. II, p. II, 1601.

Fol. 246[b] scriptura vacat.

5. f. 247[a]. Epistola Joannis, abbatis ducis Raythi, ad mirabilem Joannem, abbatem montis Synai, cognominatum Scolasticum, novissime vero conscriptione nominatum Climacum. Incip.: *Super mirabili angelo . . . in domino gaude. Cognoscentes nos imperfectam tuam in domino non discernentum.* Explic.: *Vale, in Christo domino venerandissime pater.*

6. f. 247[a]—247[b]. Joannis, scholastici dicti, Climaci abbatis Synai ad Joannem, Raythi abbatem, Responsiva epistola. Incip.: *Johannes Johanni. Gaudere . . . Suscepi ita convenientem.* Explic.: *Et propositi voluntatis et propositi Deus mercedes tribuit.*

7. f. 247[b]—305[a]. Joannis, scholastici, Scala, quae continet triginta gradus. (rubr.) Prologus sermonis, cujus nominatio fabule specialis. Incip. Prologus: